UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Quantum peccet, qui pr[a]escriptas constitutiones non seruauerit. Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Visual Library

exercitationibus, per ſemihoræ ſpatium vacauerint, aut ad canendas Litanias, aut recitandam Antiphonam Beatæ Mariæ, [Salue Regina,] vel aliam pro temporis ratione; Indulgentiam centum dierum.

Item quoties examen conſcientiæ agét, futuræ meditationis argumentum accipient, aut rationem peractæ meditationis confeſſario, aut Præfecto ſpirituali reddent; Indulgentiam vnius anni.

Item quoties Roſarium Beatæ Mariæ Virginis recitauerint, qui conſueuerint ſaltem ſingulis Sabbatis, & vigilijs feſtorum dierum eiuſdem Mariæ Virginis illud recitare; Indulgentiam vnius etiam anni.

Item quoties pro Oblato defuncto ex inſtituto Congregationis orabunt; Indulgentiam trium annorum.

Item quoties peccata confitebuntur, aut Miſſam celebrauerint; ſeptem annorum Indulgentiam.

Quantum peccet, qui preſcriptas conſtitutiones non ſeruauerit. Cap. II.

QVOD autem ad harum preſcriptionum Conſtitutionumque vſum tenendum, ac ſeruandum attinet, licèt ad præclaram animi inſtitutionem, atque ad veræ religionis, omniumque Eccleſiaſticarum Virtutum conſecutionem, progreſſumque ſpiritualem, perutiles atque per neceſſariæ illæ ſint; ſi quem tamen eas aliquando non ſeruare contigerit, non plus illum tunc peccare declaratur, decerniturq́; quàm præuaricationis ipſius, operiſue in quo peccatum eſt, ratio alias poſtularet.

LAVS DEO.

Inſtitutiones Seminarij, quæ hoc loco imprimendæ erant, propter nonnullum impedimentum coacti ſumus in finem vſque huius quintæ Partis differre.

CON-